UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 4. Antinorus unacum mandatis a Papa Tridentum ablegatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66653

Visual Library

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

§. IV.

Antinorus unacum mandatis a Papa Tridentum ablegatus.

Pallav. c. 5. n. 1. & 2.

Cum Pontifex exiguam tranſmiſſi mandati ſui rationem a Legatis fuiſſe habitam ægre ferret, hinc ut eadem juſſa illis oretenus ſignificarentur, ad eos ablegabat Antinorum, qui cum Lotharingio Cardinale conferens, ut illius conſilia penitius exploraret, eidem exponebat, ſe Tridentum veniſſe, ut illum Romam comitaretur, eumque ſuo in itinere omnibus honoribus ipſius dignitati debitis afficeret: verum obſequioſa hæc verba erant nonniſi urbanitatis prætextus, quippe Antinorus huic Cardinali potius perſuadere jubebatur, ne Tridento diſcederet, priusquam Synodus eſſet abſoluta: inſuper eidem injungebatur, ut Legatis exponeret, quam vehementer Papa Concilium tandem ad exitum deduci peroptaret, quocirca eos hortari jubebatur, ut præſentem rerum viciſſitudinem in rem ſuam verterent, ac Lunenſis Comitis oppoſitionibus ſe terreri minime paterentur.

§. V.

Legatorum Reſponſum ad Papam circa Lunenſis Comitis oppoſitionem.

Legati

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN